

1



~~111~~ D. IVSTVS CHRISTI. LVD. <sup>16</sup>  
DE SCHELLWITZ <sup>1784,4</sup>  
H. T.  
IVRISCONSVLTORVM ORDINIS DECANVS

P. 977.  
SOLEMNIA IN AVGVRALIA  
PRAENOBILSSIMI CANDIDATI  
**FRANCISCI WILHELMI**  
**FRIDERICI**

SAX. ELECT.

INDICIT

ET

DE DOMINORVM TERRITORIALIVM IVRE LIT.  
TERAS VITALITH CONCEDENDI  
BREVITER EXPOSIT

---

IENAE  
LITTERIS STRANCKMANNIANIS







## §. I.



Quod in Germania passim obtinet, ius litteras almoniales, vulgo *Panisbriefe*, *Brotbriefe* sive *Fressbriefe* a) concedendi, generatim in eo constituit, quod monasterio cuidam persona quaedam laica eum in finem praesentari possit, utili ad dies vitae omnia ad vitam sustentandam necessaria porrigi debeant b).

A 2

## §. II.

a) Ita haec litterae v. c. in concluso consilii imperialis aulici de 5 Sept. 1550. in perill. Io. IAC. de MOSER. *Abhandl. verchiedener Rechtsmaterien* 5 Stück. 6 Abh. pag. 186. obvio nominantur.

b) b. IO. VLR. L. B. de CRAMER *obs. iur. viii*, Tom. V. *obs. 1558.* p. 347.

~~4~~  
§. II.

Ius nostrum pro diuersitate eorum, quibus illud in imperio Romano Germanico competit, in caesareum et territoriale diuiditur c). Illud a Caesarea Maiestate in coenobiis d), quorum intuitu observantiam prae se habet e), exerceri potest, quoties ad eiusdem praesentationem a tali coenobio hue usque sustentatus diem supremum obiit. Hoc nonnullis imperii ordinibus in quibusdam sibi subiectis monasteriis debetur. De priore iuris nostri specie plures egregii 1Cti f) praecclare scripserunt, at de posteri-

c) Quibus duabus iuris nostri speciebus tertiam, nempe ius S. R. I. vicariorum litteras hypostaticas dandi, addere superfluum esse puto. Nam, etiamsi cuilibet S. R. I. prouifortune, si durante administratione sua in monasterio aliquo, ad quod Imperatori litteras vitalitii dirigere licet, ibidem ad praesentationem caesaream sustentatus moritur, potestas aliquem in defuneti locum surrogandi negari non posset \*), tamen ita vicariorum facultas pro peculiari aliqua iuris nostri specie habenda non efficit, dum S. R. I. vicarii propria iura non habent, sed, quamdui imperio praeuent, imperatoris iura modo exercent.

\*) De hac quaefitione conferri possunt ill. SCHNEIDT *historisch. und rechtl. Abhandl. von den sogenannten Ley - Herrn - Pfründen oder Panisbriefen*, quam lo. VLR. L. B. de CRAMER loc. all. reediti curavit, §. 27. pag. 363. sq. et lo. GEORG. REINHARD. meditat. de iure Principum Germaniarum, cum primis Saxoniae, circa sacra ante tempora reformationis exercito (Hal. Magd. a. 1717.) cap. 4. §. II. p. 247.

d) Cum haud ita pridem ad nonnulla coenobia mediata caesareae litterae alimoniales mitterentur, vetus controuersia, an Caesareae Maiestati hoc licet? recruduit, et saltim potentiores imperii ordines monasteriis suis mediatis hoconus imponi posse, acriter negarunt. Vid. ill. lo. AVG. REVSS *Teutische Staatsanzley* Tom. II. pag. 190. sq. et pag. 228. sq. Tom. V. pag. 2 sq.

e) ill. lo. AVG. REVSS loc. all. Tom. II. p. 202. sq.

f) Ante omnia nominari meretur Viri perill. lo. IAC. de MOSER *dissertatio von dem Recht der R. Kaiser Panisbriefe auf die Stifter und Clöster*

steriore non aequa, quia modo perpauci in Spho seq. nominandi Icti et Historici incidenter et brevissimis tantum illius mentionem fecerunt. Quae cum ita sint, iam de ultima iuris nostri specie breuiter agere constitui.

### §. III.

Completam consignationem omnium monasteriorum mediatorum, quae emeritis Domini territorialis officialibus praebendum conuentualem ad dies vitae conferre tenentur, aequus rerum aestimator non expectabit, dum talis catalogus ob subsidiorum defectum, nostra ad minimum aetate, a nemine perfici potest, atque nullam utilitatem praefat. Ne interim praesens argumentum plane obsoletis accenseatur, quaedam catholica et evangelica territoria nominabo, quorum Domini territoriales hoc ius olim exercuerunt, et partim adhuc exercent. In Bauaria, teste *per ill. L. B. de KREITTMAYR g)*, litterae alimoniales certa ratione conuersis

A 3

dari

*Clöster im H. R. Reich zu ertheilen in miscell. iuridico-hist. pag. 1. sq. quae deinde integra fere cum quibusdam mutationibus eiusdem. Teutsch. Staatsrecht. Tom. III. pag. 415 sq. inserta est, atque Tract. von den Kaisertl. Regierungs-Rechten und Pflichten Cap. 16. §. 101. pag. 515 sq., quibus duas commentationes iam supra in not. a) et \*) allegatae addi debent. Multo post de hoc arguento scriptum prodit, eius titulus ita se habet: Das Recht Brodt- oder Panisbriefe zu geben, ob solches auch bey evangelischen mittelbaren Stiftern Statt habe untersucht von D. HEINR. AARON SPITTLER 1783. 4. Hanc commentacionem paulo post alia secuta est sub intercriptione: *Ejai sur les oblats, sur les moines-Lais, sur les lettres de pain par un Icte de Baviere, a Munich 1783. 8. Ill. 10. Avg. REVSS loc. all. Tom. V. non solum posterius scriptum integrum et prioris aliquam partem pag. 19. sq. dedit, sed etiam contra SPITTLERI commentationem pag. 9. sq. varia egregie monuit.**

g) ad cod. civ. Bauar. pag. 2074. Cum praeclarum istud opus nostris in regionibus rarissimum sit, verba praestantissimi huius Icti apponere

dari solent. Monasterium DENKENDORF in Ducatu Würtembergico iam in seculo decimo sexto emeritis Ducis officialibus et speciatim

nere non dubito, quae ita se habent: Die Landesherrschaften pflegen, ad exemplum Augustissimi, an ihre untergebene Klöster ebenfalls solche Brod- oder Pensions-Briefe für alte ausgediente Hof und mittellose Leute zu ertheilen; welches iedoch hier zu Lande nur noch mit armen Conuertiten zu geschehen pflegt, wan sie genugsame Proben von ihrer wahren Conuersion zu Tage legen, und sich in loco conuersionis auf andere ehrliche Weise nicht zu ernähren vermögen. Vir perill, itaque de eo, an Serenissimi Electores a monasterii suis tale quid iure perfecte exigere queant? nihil dixit. Vnicum mihi notum diploma vitalitii Bauaricum, quod Wilhelmus et Ludouicus fratres ad Abbatiam Benedicto-Burana (Benedict-Bayern) Ordinis S. Benedicti a 1514 emiserunt et in MONVM, Boic. Vol. VII. sub num. 125 pag. 218 sq. extat, merum precarium continet. Cum praestantissimum illud opus non in omnium manibus sit, et huius generis documenta rarissime occurrant, dictum diploma iam integrum dabo. Von Gottes Gnaden Wilhelm und Ludwig Gebrüder, Herzogen in Obern und Niederbayrn etc, unsern Grus zuvor, wurdiger in Gott lieber Getreuer. Euer schriftlich Antwort uns von wegen des Bestands oder Gerechtigkeit, so weilandt der hochgeboren Fürst unjer lieber Vetter Herzog Wolfgang in Bairn seliger mit einer Segen an dem Walkenfée gehabt hat, und wir nach seinem Absterben nunmalen bis auf Liechtmessen schirsten auch ze haben fürgenommen, haben wir iher Inhalt vernomen. Und wiewol wir möchten bewegt worden sein, ab ewrn Handlung, das ir also ze Stund an nach gedachts unsers Veters Absterben unver sucht Unser unterstanden habt, uns unsern werenden Bestands auf Liechtmessen, wie obstat, zu entsetzen, Misfallen ze nemen, und solhem Bestand nit nachzugeben, noch dann von Gnaden wegen, damit wir euch und unferm Gozhaus Pewrn genaigt seien, wellen wir die Sachen gütlich nachgeben, und des Bestands absteen, also, dass ir gemeilen See unfernhab von angeregts Bestands wegen ungeengt, und ungeirrt zu euer und des Gottshaus Notwurst wolprauchen möget. Doch so ist unfer betlich Begere an euch, dass ir gegen solcher unferer Nachgebung und Abstezung ainen Knecht, Marzem genannt, so in gedachts unsers Veters Herzog Wolfgang's Marzial gewesen, und euch, auch dem Gozhaus noch wol nützlich und zu geprauchen ist, uns zu Gevallen aufzunet, und ime sein Leben,

7

ciatum GEORGIO AB OW viatum et amictum praebuit h.). Nec in Thuringia nostra hoc ius ignotum fuit i).

#### §. IV.

Si territorii Dominus a monasterio quodam sibi subiecto pro persona quadam laica ab ipso praesentata panem laicalem iure perfecto poscit, et hoc, Domino suo illud competere negat, mea quidem sententia, docere tenetur, quod ius, de quo iam sermo est, per expressam concessionem a coenobio legitime factam aut obseruantiam rite comparatam acquisuerit. Quod Dominus territorialis, qui tale fundatum sufficienter prebavit, fundatam intentionem habeat, dubio caret.

#### §. V.

Cum homines, et praesertim clerici, noua onera non facile suscipiant, non immerito quaeris, quanam ex ratione unum

al-

Lebenlang die Pfründe gebet. Das wellen wir gegen euch mit Gnaden gedencken. Schicken euch darauf den Knecht niemit zu, der sein Cost noch wol verdienen mag. Dat. München an Freitag vor Osvaldi anno etc. decimo quarto. Commissio in Consilio H. Rembold SS. A.

h) ill. CHRISTIAN. FRID. SATTLER. Geschichte des Herzogthums Württemberg unter der Regier. der Herzogen Tom. IV. Abtheilung §. §. 17. pag. 31.

i) lo. GEORG. REINHARD. loc. all. pag. 249. adducit litteras, quas Wilhelmus Dux d. d. Wymar Sont. Oculi MDCCCL. ad Praepositum et Abbatissam monasterii Ober-Wymar dedit, et in quibus illis permisit, das sie Hanujs Waskern und seiner ehelichin Wirthus eyne Pfründe zuer beider lieb und lebetage zu verforgen verschreiben mögen. Quod hoc documentum nonnulla singularia contineat, vel me non monente, omnes vident,

██████████

alterumus mediatum monasterium territorii Domino concesserit ius;  
de quo iam disputatur. Iurum et historiae patriae peritis proba-  
bilis responso non erit difficilis. Constat nempe inter illos, quod  
multi imperii ordines variis titulis in coenobii nonnullis *ius meta-  
torum*, aut *hospitaturae, Ablager, Herberge* sive *Herbergae* et, quod  
coniunctum est, *Albergariae*, sive *Albergiae*, die *Atzung*, iam dudum  
acquisiverint <sup>k)</sup>). Praeterea non solum monasteria quaedam Domi-  
norum territorialium venatoribus, equis, aubus et canibus Alber-  
gariam praestare debuerunt <sup>l)</sup>, sed etiam culinae dominicae ex  
largis coenobiorum redditibus in nonnullis prouincis diversis titulis  
varia obuenerunt emolumenta <sup>m)</sup>). Quanam ratione accidere potu-  
erit, ut monasteria intuitu unius vel alterius horum iurum onus  
personam quamdam laicam a Domino suo praeferatam ad dies  
vitae alendi receperint, diligentes veterum monumentorum lectors  
facili negotio intelligent. Forte enim interdum Dominus territorii  
a coenobio quodam prouinciae suae ob evidentem utriusque partis  
utilitatem sine ulla difficultate obrinuit, ut loco frequentis unius alteriusue  
horum iurum exercitii tale onus fuscipererat atque eidem  
modicum huiusmodi iurum usum, qui forte simul accuratius de-  
terminabatur, relinqueret. Non minus probabile est, quod  
con-

<sup>k)</sup> Pro more suo, hoc est egregie, de hoc arguento egit b. CHRISTIAN. GOTTLIEB BYDER in comment. de *praestationibus mona-  
steriorum Dominis territori, vicinis, aliisque faciendis*, quae in  
*amoenitat. iur. publici* sub num. 4. pag. 60. tq. inuenitur, cap. 2.  
§. 5. pag. 89. sq. Add. 10. GEORGII SCHERZII *glossarium  
germanicum meciū aeni* sub voce: *Herberg* pag. 63; ubi modo perpaucē  
hoc argumentum illustrantia deprehendis.

<sup>l)</sup> b. BYDER. loc. all. pag. 96. in f. sq.

<sup>m)</sup> IDEM loc. all. §. 6. pag. 99. sqq.

controuersiae super antea nominatis iuribus partim ob pactorum antiquiorum obscuritatem, partim ob priscarum consuetudinem incertitudinem, partim quoque ob officialium Domini territorialis proteruiam saepius ortae per modum transactionis ea ratione compositae sint, ut territorii Domino inter alia commoda ius monasterio bene de re publica meritum, sed egenum et senio confectum famulum ad praebendam conuentualem praesentandi expresse concederetur.

### §. VI.

Quae in Spho praeced. exposui, pertinent quoque ad monasteria, in quibus ius, de quo iam agitur, per observantiam introductum est. Facile enim fieri potuit, ut coenobia oneribus in Spho anteced. nominatis in totum sive pro parte obnoxia unice illorum intuitu mandatis Principis, cuidam ad se missa officialia alimenta suppeditandi, paruerint.

### §. VII.

Silentio prætereundum non est, quod b. Io. GEORG. REINHARD <sup>n)</sup> in alia omnia iuerit. Tribuit nempe egregius hic Iustus de quo iam sermo institutus, omnibus S. R. I. statibus, quia caelestem ius litteras hypostaticas dandi, Imperatori, prout ex eiusdem diplomatis vicitali pateret, tanquam supremo ecclesiae aduocato, competeteret, adeoque aduocatia ecclesiastica verum illum iuris fundamentum constitueret, haec autem imperii ordinibus negari non posset. Est quidem haec opinio valde speciosa, at ex

B

iis,

<sup>n)</sup> loc. all. p. 246.

iis, quae in §phis seqq. disputabo, satis superque, ut spero, apparebit, quod illa solido fundamento plane destituta sit.

### §. VIII.

Negari nequit, quod in nonnullis caesareis diplomatis vixit alii hoc ius Imperatori, tanquam supremo ecclesiae aduocato, vindicetur o), et plures paeclari I&ti idem statuant p). Ita autem diplomata id, quod inde deduci vult, quod nempe Caesarea Maiestas istud ius ex adducta ratione exerceat, non probant. Nam in cancellariis imperii et paeprimis aulica ab antiquissimis inde temporibus ad hunc usque diem hand raro documentis, paecipue in caussis gratiae, variae aperte erroneae nec non cum legibus ac constitutione imperii e diametro pugnantes clausulae inferuae sunt q). Quamobrem illi, qui in caussis reseruata caesarea concorrentibus pro Imperatore aliquid probare vult, ad huiusmodi clausulas confugere non licet, sed eundem alia fortiora probandi media conquirere oportet. Accedit, quod Caroli V. consilium aulicum, deinde consilium imperiale aulicum dictum, caesareum ius litteras

o) ill. SCHNEIDT, loc. all. Sect. 3 §. 13. pag. 357. bene obseruauit x) quod antiquissimae litterae hypostaticae Caroli IV. merum precarium continant, 2) quod Carolus V. ius tales litteras dandi ex supradicta aduocacia ecclesiastica, imperio ciuiti, Kaiserl. Oberkeit obseruan- tia antiqua et laudabili consuetudine deduxerit, et 3) Carolus V. successores unice in obseruanta se fundauerint. Mihi in instantis haec officialem cancellariae imperialis aulicae philosophie per se et in primis tunc, si principia consilii aulici in §pho commemorata perpendo, admodum suspecta est.

p) Vid. v. c. ill. SCHNEIDT. loc. all. §. 21. sq. pag. 361.

q) per ill. I.O. IAC. de MOSER Trutsch. Staatsr. Tom. IV. pag. 284. et Tract. von den Kaiserl. Reg. Rechten und Pflichten cap. 16. §. 117, pag. 531. sq.

teras alimoniales concedendi semper ex observantia derivauerit, ad illud vero fundamentum, quod cancellariae imperialis aulicae ministerii sub eodem Imperatore huiusmodi documentis inserere non dubitauerunt, numquam prouocauerit <sup>r).</sup> Non merentur itaque assensum, qui hoc ius Imperatori, tanquam summo ecclesiae adiuvato, vindicant, adeoque verum illius fundamentum in adiuvacia ecclesiastica caesarea ponunt.

### §. IX.

Sed, quamvis haec omnia ita se habeant, tamen non immerso quaeritur, anne proteccio ecclesiastica, quae statibus imperii negari non potest <sup>s).</sup> idoneum iuris nostri fundamentum constitutus? Mihi neganda esse videtur quaestio. Haec enim adiuvacia ecclesiastica, quae ab imperii ordinibus territorii iure exerceatur, et stricte *fulsimis* vocatur, generatim modo denotat ius Principis brachio seculari protegendi ecclesiam eiusque bona <sup>t).</sup> Minime igitur ex insigni hocce iure, quod illastrem omnino superioritatis territorialis partem efficit, libera de redditibus bonorum ecclesiae disponendi et in specie aliquam illorum partem contra fundatorum intentionem personis laicis alimentorum loco adsignandi potestas deduci potest.

B 2

### §. X.

<sup>r)</sup> Egregie hoc ex conclusis consilii aulici deduxit perill. IO. IAC. MOSER, in reponio ad interrogationem plurium immediatorum praetitorum collegii Sueuici a. 1781. exarsto, quod ill. O. AVG. REVSS. loc. all. Tom. II. pag. 197. q. exhibuit, pag. 28. sq.

<sup>s)</sup> perilli. IO. HENR. CHRISTIAN. de SELCHO elem iur. publ. §. 1432. pag. 443. DIET. HERM. KEMMERICH. introd ad ius publ. imp. R. G. Tom. II. Lib. VII. cap. IV. §. 24. p. 140.

<sup>t)</sup> Vir. Perill de SELCHOW loc. all. WIH. FRIE. von der KNESBECK diff. n.ug. de adiuvatis et iure magri adiuvati in Ducatu Cellensi f. Luneburgico (Gött. 1757) in Viti perill. SELCHOW elect. iur. german. publ. et priuat. Sect. I. §. 6. pag. 547.

## §. X.

In diuidicanda iuris nostri qualitate ante omnia ad ea, quae tunc, cum monasterium illud territorii Domino concessit, de eiusdem, indeole simul definita sunt, aut quae obseruantia secum fert, respiciendum est. Nam, quae ex duobus hisce fontibus erui possunt, principia, prout inter omnes constat, praecipuae sunt normae iurium, quae ex concessione cuiusdam expressa aut iusta obseruantia derivantur. At haec regula sine dubio exceptionem patitur, si una alteraue questio de iuris nostri qualitate nec per coenobii concessionem, nec per obseruantiam determinata est. Tali in casu Dominus territorialis in exercendo hoc suo iure regulas quoad ius caesaraeum litteras alimoniales concedendi per usum legitime introductas obseruare tenetur, dum hoc territorii Dominorum ius ad imitationem iuris caesarei introductum est u), ideoque in dubio alia praeiunctio capi nequit, quam quod Domini territoriales huius iuris intuitu illis principiis, quae Imperator agnoscit, se submittere voluerint.

## §. XI.

Constitueram quidem adhuc quasdam iuris nostri qualitatem concernentes quaestiones pertractare et praecipue de eo, an hoc ius ad prochotrophia aliasque huiusmodi pias fundationes v. c. Brüderhäuser extendi queat, an foeminae talis gratiae participes fieri possint, et an tali diplomate praedito alimentorum loco pecuniam poscere licet? breuiter agere, at ob temporis penuriam et sufficientis spatii defectum consilium mutare cogor. Potius ad id me accingo, quod mihi potissimum incumbit, ut nempe indicem solemnia inauguralia

PRAENOBILISSIMI SVMORVM IN IVRE HO-  
NORVM CANDIDATI

FRANCISCI WILHELMI FRIDERICI  
ADVOCATI SAX. ELECT. ATQVE IUDICIORVM  
IN THALLWITZ, STRELLEN etc. DIRECTORIS

simulque ea, quae ad vitae studiorumque rationem laude dignissimi Candidati spectant, eiusdem verbis exponam, quae ita se habent.

u) per illi, et excell. L. B. DE KRAITERMAYR loc. all.

Ego

**E**go FRANCISCVS WILH. FRIDERICI, Osterland. Elector. Saxo,  
patrem habui M. IOANNEM CHRISTOPHILVM. FRIDERICI, Pris-  
nitiae Dominarum Pastorem, et Dioceſeos eiusdem Superintenden-  
tem, morte praematura eruptum, matrem CHRISTIANAM DORO-  
THEAM, M. CHRISTOPHORI HEINSII, Pastoris et Superintenden-  
tis Neostadienſis filiam placida senectute adhuc gaudentem. Dome-  
ſtis a prima iuventute uſus praceptoribus, patre orbatus ſcholas  
adii Neofladionsem et Platienſem, provincialem denique Portenſem,  
ubi per Sex annos, AVGVSTISSIMI NVTRITORIS munificentiam  
aeternum deveneratus, virorum clarissimorum, FREITAGII,  
GRABENERI, HENTSCHELII fidelissimis institutionibus praeparatus,  
celeberrimas, Ienenſem primo, deinde et Lipſienſem petu Academias,  
ibique per quaterr annos, Virorum illuſtrium atque excellentiſſimo-  
rum, BVDERI, DARIESII, HELLFELDII, SCHMIDII, SVCCOVII,  
WALCHII, FASELII, Ienenſium, BAVERI, HOMMELIORVM, ZOL-  
LERI, et BREVNINGII, Lipſienſium duſtu, in primis Logicam Ma-  
thesin, Metaphysicam, Ethicam, Iuris naturalis, civilis, feudalis,  
criminalis et canonici fundamenta, Historias, Statisticam, Medi-  
cinam aequa ac Practicam forensem didici. Absolutis ſtudiis acade-  
micis in praefectura ARNHAUCE per duos fere annos Registratoris  
numere funitus, deinde ab illuſtri Facultate Iuridica Lipſienſi pree-  
ſtitis ſpeciminibus, Advocati munere omnino dignus iudicatus, in  
Praefectura ECKARTSBERGENSI, Abtuari ordinarii spartam ſu-  
ſcepi, ſimulque ulterioribus coram illuſtri Regimine Electorali preeſti-  
tis ſpeciminibus in numerum Advocatorum receptus, per octo annos  
geſſi, usque dum anno MDCCCLXXII. ab Illuſtrissimo — proh  
dolor! nunc multis flebili, — Domino GOTTHELF ADOLPH,  
COMITE AB HOYM Iudiciorum Thallwicenſium, Strelleſ etc. di-

re-

rectio mihi demandabatur. Virique, iudicariae nec non, adiuvens  
S. Ivone, etiam consultatoriae praxi me devovens, ut in superioribus Iudiciis orandi causas licentiam mihi expetere possem, ante omnia  
summos in utroque Iure Titulos mihi comparandos existimavi, simul  
que per novissima SERENISSIMI SAXONIAE ELECTORIS de tollendis  
aut restringendis compauseis mandata, mediis in exercitationibus fo-  
rensis, ad dissertationis argumentum allelius.

Praestantissimus Candidatus ab ordine nostro litteris modeste  
petuit, ut editis specimini bus confuetis ipsi summi in utroque iure  
honores tribuerentur. Admissus itaque ad solita examina profe-  
ctus suos laudabiliter commonstrauit, et iam in eo est, ut disserta-  
tionem inauguralem, in qua quaestio: *an detur compascuum, ex pae-  
funtione, quod sit familiaritas aut precarium, revocabile?* excutitur,  
die xxii huius mensis moderatore VIRO PERILL IO. LVD. ECKARDT  
Serenissimo Duci Vinariensi et Isenaciensi a consiliis aulae secretioribus,  
Professore iuris canonici, curiae prouincialis Sax. communis Assessore,  
facultatis iuridicae et scabinorum collegii ordinario ex cathedra lato-  
rum publica defendat. Quem actum, ut MAGNIFICVS ACADEMI-  
AE PRORECTOR, ILLVSTRIMVR S. R. I. COMES, PROFESSORES ET  
DOCTORES OMNIUM FACULTATVM CELEBERRIMI ATQUE COMILI-  
TONES GENEROSISSIMI PPAENOBILISSIMIQUE honorifica sua pae-  
sent a splendidiorem reddere velint, ordinis iuridici et meo  
nomine omni, qua par est, obseruantia rogo. P. P.  
sub sigillo facultatis iuridicae in academia lenensi die  
xxi Sept. A. R. G. MDDLXXXIV.








Jna, DISS., 1778-84  
X 230 9455





D. IVSTVS CHRISTI. LVD.  
DE SCHELLWITZ

H. T.

IVRISCONSVLTORVM ORDINIS DECANVS

1784, 4

# SOLEMNIA IN AVGVR ALIA

PRAENOBILSSIMI CANDIDATI

# FRANCISCI WILHELMI FRIDERICI

SAX. ELECT.

INDICIT

E T

DE DOMINORVM TERRITORIALIVM IVRE LIT-  
TERAS VITALITHI CONCEDENDI  
BREVITER EXPOSIT

IENÆ  
LITTERIS STRANCKMANNIANIS

